

Mutinensi<sup>a</sup> tam intus quam extra per circuitum usque in predictis finibus, ea videlicet ratione quatinus domnus Ingo<sup>b</sup> venerabilis episcopus, qui eidem aecclesię presidere videtur, suique successores potestatem illic habeant per se aut per suos missos iudicandi distringendi placitum[q]ue tenendi vel quicquid eorum utilitas decreverit fatiendi ad augmentum et honorem predictę Mutinensis<sup>a</sup> aecclesię et ita fatiendi omnique modo iudicandi et distringendi, veluti in nostra aut marchionum vel comitum fuisset presentia, abhinc remota omni nostra nostrorumque successorum omniumque hominum contradictione minoratione ac molestatione. Igitur quicumque infra predictam urbem vel supra dictum<sup>c</sup> comitatum vel in eius provintia in integrum seu in prefatis cortibus et castellis habitator extiterit aut castellaverit, nec non vasalli eiusdem comitatus non in presentia alienum<sup>d</sup> comitem<sup>e</sup> et marchionum vel missorum nostrorum eorum lites aliter agere vel ullo modo diffinire liceat nisi ante Ingonem reverentissimum presulem suosque successores seu eorumque legatos decrevimus, sicut supra concessum habemus; et quicquid ante eorum presentiam finitum atque iudicatum fuerit, perpetua stabilitate permaneat. Precipientes itaque iubemus, ut deinceps nullus dux marchio comes aut vicecomes sculdassio gastaldius aut ullus<sup>f</sup> rei<sup>g</sup> publicę procurator seu alia quęlibet magna parvaque persona nostrorum regnorum predictam sanctam dei sedem eisque<sup>h</sup> vicarios disinvestire<sup>i</sup> molestare aut inquietare mansionaticum facere teloneum districtum placitum aut aliam quamlibet publicam functionem exigere seu de predictis rebus facere violentiam audeat. Si quis igitur hoc nostrę corroborationis preceptum infringere aut quodam temerario ausu temptaverit attenuare<sup>k</sup>, sciat se compositurum auri optimi libras CC<sup>h</sup> centum<sup>h</sup>, medietatem kamere nostrę et medietatem pretaxato episcopo suisque successoribus. Quod verius<sup>l</sup> credatur diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria roborantes anuli nostri inpressione insigniri iussimus.

§ Signum domni Chuonradi (M.) [invic]tissimi imperatoris. §

— —  
 a) 'uti' auf Rasur einer Oberlänge, vielleicht von 'd'. b) vielleicht von gleicher Hand in dafür gelassene Lücke nachgetragen. c) 'um' in Gestalt von 'v' corr. aus 'o'. d) A, Abkürzungszeichen über 'u' nachgetragen, dahinter Rasur. e) 'itu' auf Rasur f) 'us' auf Rasur. g) 'r' auf Rasur. h) A. i) 'dis investire' in zwei Worten, A. k) A; davor die Buchstaben 'alte' ausgewischt. l) davor fehlt 'ut'.